Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26251
Copyright: Admont, Benediktinerstift



mea potauerunt me aceto. Quod autem dicitur & non ac
cepit. vel secundum matheum cum gustasset noluit bibere.
hoc indicat quod gustauerit quidem pro nobis amaritudi
nem mortis. scilicet tercia die resurrexit. Quod enim marcus ait. non
accepit. intelligitur non accepit ut biberet. Gustauit autem sicut
testis est matheus. ut quod idem mathaeus ait noluit bibere. hoc
marcus dixerit non accepit. scilicet. & hoc quod ait marcus. mirratum ui
num. intelligendum est. matheum dixisse cum felle mixtum.
fel quippe pro amaritudine posuit. & mirratum uinum
amarissimum est. quamquam fieri possit. ut felle & mir
ra uinum amarissimum reddere. Et crucifigentes eum di
uiserunt uestimenta eius. mittentes sortem super eis quid quisque
tolleret. Hec iohannis euangelia plenius exponit. quia milites & centi
in quattuor partes iuxta suum numerum diuiden
tes. de tunica que incensutilis erat. desuper contexta per totam
sortem miserunt. Quadripartita autem uestis domini. quadri
partitam eius significauit ecclesiam. totam scilicet & que. iiii.
partibus constat terrarum orbe diffusa. & omnibus eisdem
partibus equaliter distributam. Tunica uero illa sortita omni
um partium significat unitatem. que caritatis uinculo con